Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De qua dominus inquit apostolis Pacem relinquo vobis pacem meam
do vobis Hanc duplicem pacem p duplex osculum ministrat cum prius
osculat ministrum et postea osculat altare **Unde dicat missa**
Missa dicit et misterium i officium p quod perficitur et sacrificium quod
offertur Officium vero dividitur in missam catheccumenorum
et missam fidelium Missa catheccumenorum est ab initio introitus usque
ad offertorium et dicit missa ab emittendo quia tempore quo sacerdos
incipit Eucharistia consecrare Catheccumini foras ab ecclesia emittuntur
Plerique siquidem eorum diaconi clamare solebant Si quis catheccumenus
adest egredi foras Catheccumenus sacrum misterium audire non debet
si non nisi baptizatis fidelibus committitur Cui & quibusdam qui catheccume
norum et non dum venatorum typum gerebat Scriptum est Tempore autem Eliseus non ere
debat se illi Missa fidelium est ab offertorio usque per commune et de
missa a dimittendo tempore tunc ad populum fidelis quisque dimittitur Constitutum est
enim in Ducetianen concilio Ut cum ad celebrandas missas in di
nomine quemque populus non ante discedat quam missae solemnitas com
pleat Totum autem officium dicit missa qui transmissio eo quod populus fide
lis per misterium sacerdotis qui fungitur vice mediatoris inter deum et ho
mines preces et supplicationes transmittitur altissimo Ipsum vero sacri
ficium i hostia missa vocatur quasi transmissa Primum nobis a patre
ut esset nobiscum Postea pri a nob ut intercedit p nos ad ipsum
Primum nos a pre p incarnacionem Pri a nobis p passionem et in sacra
mento primus nos a pre p sanctificacionem Postea pater nos p oblacionem
h est cum sola sufficiens et idonea missio seu legatio ad solvendas mi
dum et hominum iniquitatis et offensas Cum ergo diaconi aut
ite missa est tunc est ac si dicat Vadite ad patrem quia oblata est hostia
salutaris **Quare sacerdos pontifici humeros osculatur**
Oblacione finita sacerdos qui assistit ego mensam altaris et arcum
pontificis osculat Ostendens hunc esse pontificem iuxta sedem legis figuram
deporter arcuus separacionis debetur de hostiis salutaribus et panis
Bene sup humeros coprimit principatus sedem i ipsum et fortitudo
est principatus sup humerum eius Principatus vero salvatoris
coepit vero angelica ipsum et legalis Angelus enim inquit ad dominum
Dabit ei dominus deus sedem David pris eius et regnabit in domo
Iacob in eternum et regni eius non erit finis Ipsum dicit in psalmo Beatus
tua deus in sedem sedi Virga directionis virga regni tui Ipsum unxit
te deus deus tuus oleo letitie prae consortibus tuis Hoyster inquit in
lege letanie reli simul cum eo et adorent eum omnes angeli dei Ad quod
designandum eius humeros pontificis in signum reverentie osculantur
Primitus in principio diaconi in mc. Sacerdos in fine
Sequitur de benedictione novissima

pri a nob